Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

181

23) Otto de S. Blasio c. 31: egregius caesar Fridericus Tarsum tendens, amne quodam parte exercitus transposita, refrigerandi gratia, aestus quippe erat nimius, ingressus (nandi enim peritus erat) subitaneo frigore naturalem calorem extinguente, deficiens, submergitur. -- Fertur a quibusdam, hoc in Cidno amne accidisse, in quo et Alexander M. simili quidem modo, sed non morte, periclitatus. Nam Cidnus Tarso contiguus est. Obiit anno regni XXXVIII. Imperii autem XXXV. incarnationis Dominicae anno MCXCI. Fluvium hunc Saleph appellant Arnoldus Lubec. l. 3, c. 34; Albertus Stadensis ad an. 1191; Rogerius Hovedenus Annal. Angl. Serrat vocant Conradus Vspergensis, et Jacobus Vitriacensis Hist. Orient. et Sigonius l. 15, apud Struvium Corp. Hist. Germ.

De Friderico Suevie Duce idem Otto c. 35: Fridericus Dux Christianis in obsidione Acaron defudantibus associatur, ab eisque gloriose suscipitur, ubi modico manens tempore febre corripitur, immatura que morte raptus cum maximo planctu ibidem sepeliitur. E reliquis Friderici I Imp. filiis Conradus Dux Suevie, Otto Comes palatinus Burgundie, Henricus VI facti, Henricus VI patri in Imperio, Philippus dein fratri in eodem successit. De Ottone Albericus ad an. 1190: Quartus dictus est Otto Comes Alemannus de Burgundia, qui de Comitissa Blesensi Margaretha genuit filiam unicam Beatricem, quam habuit Otto Dux Meranie et per eam factus est Comes Burgundie. Eadem habet Albertus Stadensis ad an. 1165. / Burglehner l. I, l. 13; aliique.

24) Brunner Annal. Boii. l. 13 ad an. 1190: Bertholdum tamen Andecensem Meranie Ducem et Conradum Ratisbonensem Episcopum habuit haud dubie non incomitatos Boiaria recepit. Bertholdi reditus in patriam manifeste colligitur ex diplomate ~~mox~~ Add. 26 citando.

25) +
26) Apud Hanszizium Germ. Sac. t. I, in ~~Wolfgero~~ Manuscriptus codex Bibliothecae Augustae: aderat quoque Henricus Imperator, quitum literas edidit, quibus attestatur Wolfgerum Episcopum Pataviensem Richardo de Sevelde majori Dapifero Ducis Austriae castrum in Veldezperch cum duodecim mansis adjacentibus pro quodam praedio quod situm est in loco Gnas, tradidisse, praesentibus Ottone Babenberg. Co. Chunrado Ratisbon. Co. Liupoldo Duce Austriae, Bertholdo Duce Meranie, Ulrico Duce Carinthiae, Ludovico Duce Bavariae, Chunrado Comite de Peilstein, [~~Ra~~ etc. Datum Ratisbona IV Idus Januarii. Annus non additur: quem tamen Hanszizius putat 1192. Hoc eodem anno ~~Albertus Comes de Pegen~~ enormes inimicitiae inter praeditos fratres Ortenburgicos et Alber-

/ Vignierus Chron. Burgund.
Hundius Stemmat. Bavar.

+ Apud Burglehnerum t. II, l. 4 c. 8: Henricus Sextus divina favente clementia Romanorum Rex et semper Augustus -- nos coenobium de Monte S. Maria apud Burgusium, et res universas ibi Monasterio pertinentes in statu bono et nostra protectione volumus conservari et defendi. P. -- Datum apud Bozanum 8 Idus Januarii. Annus etc. apud Burglehnerum desunt. Sed Regis, non Imperatoris titulus annum 1191 satis indicat. Erat tunc temporis ejusdem coenobii Abbas ~~Trid~~ teste eodem Burglehnero ib. c. 7, Friderichus ein Sohn Graf Friderich von Vtten, vnd Frauen Machtildis. Starb den 9 Juny anno 1194. Idem de Fundatore De hoc monasterio vide Lyra ~~damad~~ c. IX Add. 172.

[Rapotone comite de Ortenburch et fratre suo Hainrico, Alberto Comite de Pegen,